Tractatus optimus de arte
bene moriendi

Quoniam de presentis exilii miseria
mortis transitus propter moni-
cientes impericiam multis non
solum laycis verum eciam religiosis
atque devotis ceterum periculosus difficilis nimis
multum quoque periculosus ymo eciam terribilis
atque horribilis valde plurimum videatur
Ideirco in presenti materia que de arte
moriendi est Quedam brevis exhor-
tacionis modus circa eos qui in
mortis articulo sunt constituti hic
mentis intuitu est subtili considera-
tione notandus atque perpendendus eo quod
modus iste generaliter omnibus catho-
licis ad artem atque noticiam bene
moriendi conquirendam plurimum valere
ac prodesse potest Continet autem
materia ista sex particulas Quarum
prima de laude mortis et scientia bene
moriendi extat Secunda temptaciones
morientium continet Tercia interroga-
tiones Quarta quandam instructionem
cum obsecrationibus Quinta exhor-
tationes Sexta continet oraciones
dicendas super agonizantes ab aliquo
assistentium Sequitur prima particula de
laude mortis etc.

Cum omnium terribilium mors cor-
poris sit terribilissima sicut dicit philosophus
3° ethicorum Mors tamen anime tanto
est horribilior quanto anima corpore est
nobilior dicente psalmista Mors peccatorum pessima
Atque in hystoria de sompnio cuiusdam attestante
propheta Preciosa semper est in conspectu
domini mors sanctorum eius Qualitercumque
eciam morte moriantur Non solum
autem preciosa est mors sanctorum ~~mar~~
martirum verum eciam aliorum iustorum

Bonorum quoque christianorum necnon
et peccatorum quantumcumque malorum
vere contritorum et in vera fide
atque in sancte matris ecclesie unitate
morientium Secundum illud apokalipsis
Beati mortui qui in domino mo-
riuntur Propter quod eciam scriptura
divina ait Sapiencie iiij° Iustus
si morte preoccupatus fuerit
in refrigerio erit Cum tamen
morituris in temptacionibus atque
aliis in mortis agonia sibi
necessariis constat atque providet
se tenuerit atque rexerit quemad-
modum sequentia manifestant Et
ideo de laude mortis duntaxat
bonorum Quod sapiens sic ait
Mors nichil aliud est quam ex-
itus de carcere finis exilii de-
posito oneris gravissimi a corporis
omnium periculorum evasio omnium malorum
consumpcio omnium vinculorum di-
rupcio debiti naturalis solucio re-
ditus in patriam ingressus in gloriam
Unde eciam vij° dicitur Melior
est dies mortis die nativitatis
Quod tamen de bonis et electis
tantum est intelligendum Quia
malis atque reprobis nec dies
nativitatis neque mortis bona
dici potest Quapropter bonus quisque
ymo eciam peccator quilibet vere
contritus et fidelis de morte
corporali eciam qualitercumque con-
tingat de ea sibi illata contrista-
ri non debet neque perturbari
nec ipsam pertimescere Sed sponte
atque voluntate mentis racione
que sensualitati utique dominatur
mortem suscipiat atque sufferat


saluatorum Quinque vero de
primis ab alio interrogatus non
fuit presertim cum satis sint pau
ci atque rari qui huius artis
habeant sciam Interrogatus re
dicat interrogans semetipsum sol
titulis consideracio dum tunc sit
dispositus ut perfecte eo quod absque
tali disposicione nulli omnino potest
esse salus ¶ Sin autem sic dispoi
tus est ut dictum est Se totum
passioni cristi recommendet et
committat Et quemcumque ingenio
possit et infirmitas permiserit
eam crimet atque meditetur
Nam per hoc omnes dyaboli temp
taciones et insidie maxime
superantur ¶ Quarta particula que
continet quasdam instructi
ones et interrogationes

Tercia tamen secundum Gregorium
Dominus cristi accio nostra
sit instructio Idcirco
ea que cristus in cruce moriens
fecit eadem exhibet moriturus
pro suo modulo atque possibilite
in extremis exptant facienda
Fecit autem cristus in cruce
quinque Orauit enim Nam dicitur
orasse patris Deus deus meus
respice in me et octo sequentes
versus usque ad versum istum In manus
tuas domine etc. Item fleuit
teste apostolo Item clamauit
Animam patri commendauit atque
spiritum tradidit ut ewangeliste
testantur Quicumque etiam infirmus
in articulo mortis constitutus
orare debet saltem corde si non
potest voce Unde ysidorus Melius
est cum silencio orare corde
sine sono vocis quam solum verbis
sine intuitu mentis Beda
debet clamare fortiter sed plures
corde non voce Plus enim
attendit deus cordis deside
rium quam clamorem vocis Nam
corde clamare non est aliud
nisi peccatorum remissionem vitam
que eterna fortiter desiderare
Tercio debet plorare non oculis
carnalibus sed lacrimis cordis
scilicet vere penitendo ¶ Quarto
animam deo commendet dicens
In manus tuas domine etc.
¶ Quinto spiritum tradat et ut
videlicet voluntarie moriatur
voluntate sua in hoc diuine
conformans voluntati ut optime
Unde quod dum agonizant
loqui et vsu vocis habere potu
erit sequentes dicat oraciones

O Summa deitas immensa
bonitas clementissima et
gloriosissima trinitas summa
dilectio amor et caritas miserere
mihi misero peccatori
tibi enim commendo spiritum meum etc.
dicat ter etc.

O Deus clemens piissime pater pre
miarum viam fac hunc
pauperculo creature tue
Adiuua me nunc circa multa
ista miseriarum Succurre domine
iam egenti anime et desolate
ut non a canibus infernali
bus deuoretur Iste dicat ter etc.

O Dulcissime et amantissime
domine ihesu christe fili dei vi
ui ob honorem et virtute



Ristiane fidei ~~adlet~~
adleta Jeronime gloris-
sime qui es pro flagella
sancte matris ecclesie vocatus
lapis angularis papne o dic
sacerdos heremita solitudinem re-
gule professor monachorum pastor
divine lingue pronus veritatis
doctor scripturarum translator et
summus compositor fidei pugil-
lum hereticorum malleus et
pravorum ingens flagellum laudes
tuas quis non deprimet cum
celi gloriam dei enarrant et omnia
que fecit deus cum in suis suis
laudent Silere ne debent rationales
creature a laude dei rationali non
silete Certe loquar et non
tacebo Jeronime te laudare Jero-
nime Et quamvis insufficiens lau-
dator existam tamen non sit preci-
laus in ore peccatoris a tuis tamen
laudibus numquam cessabo lingua
itaque palato non hereat Cum
sis certe magnus sanctissimus mi-
rabilis et metuendus super omnes
qui in circuitu meo sunt magnus
certe in vite excellentissime sanctitate
Magnus in sapientie inestimabili pro-
funditate magnus in maiori
nunc glorie quantitate Mirabilis
in prodigiis insignibus Metuendus
ob tibi a domino tradita potestatem
Tam magnus enim in vite tue
gloriosissime sanctitate ut cuiuscumque
corpus sufficiat mortalium lingue tam
excellentia explicare Poteris enim
vere dici alter helyas Alter
johannes baptista Helyas
et johannes heremite magnis
ciborum et vestium asperitatibus
carnem maceraverunt Non tu
minoris vite Jeronime
gloriosissime Per quadrienni-
um enim in heremo scorpionum

et ferarum sodalis permansisti per xl
annos vinum et siceram aliqualiter
non gustasti Ab omni carnium
et piscium esu ita abstinebas
quod nec ipsa nominare volebas
Coctum quid non nisi in ultima
egritudine bis comedisti
Cilicino sacco carnem veluti
ethiopis macerabas panno
vilissimo desuper te tegebas
stratum nisi terram numquam scivisti
Solis serotinis herbarum foliis
et radicibus pastus Quis
enim sufficeret enarrare quot
pro dei amore ultra hec
sustinueris tribulationes af-
flictiones cruciatus derisiones
et flagella et famem sitim cor-
dis amaritudine Carnis
temptationes abstinentias vi-
gilias peregrinationes carnis
macerationes nuditates
jejunia contumelias contume-
lias Persecutiones invidorum
hereticorum in quibus tibi ingens
pugna continue certamen
Ita lenissima flebas venia-
lia ut quis te existimasset
hominem interimisse Ter
in die continue duris ver-
beribus carnem flagellabas
Verbum otiosum ut pestem max-
imam fugiebas Sacris lec-
tionibus quibus ut lapidibus
preciosis tota radiat ecclesia